UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto stephano p[ro]tomartyre. Cap[itulum]. iiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Moxꝫ pater filiā cognoſcēs cū mr̄e et fratri-
bus in eius amplexus irruit: et pre gaudio la-
chrymas fudit. Melāthia aūt cuꝫ oībus ſuis a
fulmine interēpta eſt. Sicꝫ eugenia parentes
⁊ fratres ad fidem cōuertit. vnde ⁊ philippus
ꝓfecturā deſerēs a xp̄ianis eps̄ ordinaꝛ: quo ꝑ
martyriū aſſumpto claudia cū filijs: ⁊ eugenia
romā redijt: vbi ⁊ v̄go multos ad xp̄m ꝯuertit.
Quā ꝓfect9 nicen9 tentā fecit adduci ad tēpliū
diane: vt ſacrificaret. Sed duꝫ eugenia oratio-
nem fudit: templum cum idolo ſubuerſum eſt:
multis paganoꝝ eam clamātibus innocenteꝫ.
Juſſu igiꝛ preſidis ligato ſaxo ad collū eius in
tyberim iactaꝛ: ſed ſup̱ aquas manens minime
mergiꝛ: inde in fornaces thermarū mittiꝛ: ſed
igne extincto illeſa educiꝛ. Poſt hec ꝑ dies.xx.
ſine lumine et cibo carceri mācipata: ſed a xp̄o
eaꝫ celeſti pane reficiēte confortata eſt: qui die
quo ad thermas deſcēderat: ꝓmiſit eā ad cele-
ſtia ſubleuare. Die igiꝛ natalis dn̄i miſſo ſpicu-
latore a ꝓfecto ī carcere decollaꝛ: videlicet. viij.
kal'. ianuarij. Cuius corpus a xp̄ianis iuxta vr-
bem in ꝓprio p̄dio ſepultū eſt. Ad cui9 tumulū
dum mater oraret: eidē apparuit: eāꝫ ꝯfortās
die dn̄ico proximo in xp̄o pauſaturā nunciauit.
Que die ſibi predicto ad chriſtū migrauit: et a
filijs adiuto ⁊ ſergio iuxta eugeniā ſepulta eſt:
qui ⁊ poſt tempus multis paganorū conuerſis
quieuerūt in domino: ſepulti ⁊ ipſi a fidelibus
iuxta matrem ⁊ germanam.

¶ De ſancto ſtephano ꝓthomartyre. Cap. iiij.

STephanus
prothomartyr vn9 de
ſeptem diaconib9 ab
apoſtolis ordinatus eſt in mi
niſterium viduarum: vt habeꝛ
Actuū. vi. Creſcente enim nu
mero diſcipuloꝝ conuerſi ex i-
gentibus aduerſos cōuerſos
ex iudeis murmurare ceperūt:
eo ꝙ deſpicerenꝛ ī miniſterio
quottidiano vidue eorum. Cōuocata ergo mul
titudine per apoſtolos decreuerunt eligere ſe-
ptem viros boni teſtimonij ſuper tali opere cō
ſtituendos: ad hoc vt ipſi oīnibus curis tempo
ralibus depoſitis predicationi intentius vaca-
re poſſent. Sicꝫ elegerunt ſeptē diacones pri
mos: quorum prior et primicerius extitit Ste
phan9 prothomartyr: philippus qui eunuchuꝫ
baptizauit: ⁊ fuit epiſcopus in thracia Aſie: et
procorus qui fuit epiſcopus nicomedie bithy-
nie: ⁊ nicanor: ⁊ parmenas: ⁊ timon: et nicola9:
qui poſtea apoſtatans hereticus fuit: a quo et
nicolaite dicuntur: ⁊ orantes eis manus impo-
ſuerunt: ⁊ diacones ordinauerunt. ¶ Stepha-
nus autē plenus gratia ⁊ fortitudine: faciebat
ſigna magna in populo: inuidentes igiꝛ ſibi iu-
dei: triplici modo eum ſuperare ſtuduerūt: ſci-
licet diſputatione: teſtiū productione: ⁊ tormē
torū illatione. Et in qualibet pugna adiutoriū
de celo ſibi datum eſt. In prima datus eſt ei ſpi
ritusſanctus: qui facūdiam miniſtrauit. In ſe-
cunda vultus angelicus: qui falſos teſtes cōfu
tauit. In tertia chriſtus viſus eſt adiuuare pa-
ratus: qui martyrē confortauit. ¶ Poniꝛ ergo
prima pugna. Surrexerunt aūt quidā de ſyna-
goga libertinorū: id ē de ſeruitute manumiſſo-
rum ⁊ cyrenenſium ⁊ alexandrinoꝝ ⁊c. diſputā
tes cum ſtephano. Ecce primū prelium. Et non
poterāt reſiſtere ſapientie ⁊ ſpiritui qui loque
batur. Ecce adiutoriuꝫ. ¶ Ponitur poſt hoc ſe-
cunda pugna. Quia ſubmiſerūt falſos teſtes:
qui eum accuſabant de blaſphemia in deum: in
moyſen: in legem: ⁊ in templum. Ecce ſecundū
prelium. Et intuentes in euꝫ omnes qui ſede-
bant in conſilio videbant faciem eius tanꝗ fa-
ciem angeli. Ecce auxiliuꝫ. Deinde ponitur ſe-
cunde pugne victoria. Nam principe ſacerdotū
eum interrogantem: ſi hec ita ſe haberent de
quattuor blaſphemijs ſibi īpoſitis ſe excuſat.
¶ Primo de blaſphemia in deum: dicens deuꝫ
qui locutus eſt patribus deum glorie fuiſſe.
¶ Secūdo de blaſphemia in moyſen commen-
dans moyſen: a feruore zeli: quia percutienteꝫ
iudeum egyptum interfecit ab operatione mi-
raculorum: que in egypto et deſerto oſtendit: ⁊
a familiaritate dei: quia cum deo locutus fuit.
¶ Tertio de blaſphemia in legem. Nam com-
mendat legem: ex parte dantis: qui fuit deus:
ex parte miniſtrātis: qui fuit moyſes: ⁊ ex par-
te finis: qui dat gratiaꝫ. ¶ Quarto de blaſphe
mia in tabernaculum ⁊ templuꝫ: commendans
tabernaculum quod fuit: a deo fieri preceptū:
in viſione oſtenſum: a moyſe perfectum: ⁊ arce
teſtimonij cōtentiuum: templum auteꝫ dixit ta
bernaculo ſucceſſiſſe. Hec omnia legentibus
textum Actuum ſeptimo: ſatis patere poſſunt.
¶ Ultimo ponitur tertia pugna. Nā audientes
hec diſſecabanꝛ in cordibus ſuis: et ſtridebant
dentibus in eum: quaſi iam illum animis lapi-
dantes. Quos beatus Stephanus tribus mo-
dis conatus eſt corrigere: ſcilicet ¶ Primo pu
dore eis duritiam cordis et necis ſanctoruꝫ ſe-
uitiam improperans. Dura inquit ceruice ⁊ in
circūciſis cordib9 ⁊c. Et increpabat eos ꝙ ſpi-
ritui ſancto reſtiterūt: ꝙ prophetas perſecuti
ſunt: ⁊ ꝙ creſcēte malicia eos occiderūt. ¶ Se-
cūdo correxit eos timore: per hoc ꝙ ieſum ſtan
tem a dextris dei perhibuit: quaſi ad ſuū adiu-
toriū preparatū. Ecce inquit video celos aper
tos ⁊c. quod audiētes iudei clamātes voce ma
gna continuerunt aures ſuas: quaſi blaſphe-
miam abhorrentes: ⁊ impetū facientes in euꝫ:
et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant:
quoruꝫ priores teſtes lapidare incipientes ſm̄
legem: vt expeditiores eſſent depoſuerunt ve-
ſtimenta ſua ſecus pedes Sauli adoleſcentis.

qui manſibus oim lapidabat. ¶ Tertio correxit
eos amore: duȝ pro ſe ꝛ pro ipſis orauit: pro ſe:
ne paſſio ſua ꝓlongaretur: dicēs. domine accipe
ſpiritū meū. ꝑ ipſis: ne ſibi peccatū imputaretur.
Nam poſitis genibus clamauit voce magna di-
cens. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatū. Et vide
amorem mirabilē: quia pro ſe orando ſtetit: pro
lapidātibꝰ genua flexit: pro ſe ſilenter orauit: ꝑ
illis voce magna clamauit. In hoc etiā chriſtū
imitatus in paſſione: qui pro ſe orauit dicens.
Pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meū.
ꝛ pro inimicis dicens. Pater ignoſce illis: non
enī ſciunt: quid faciunt. Et cum hoc ſtephanus
dixiſſet: obdormiuit in dño. Cuius corpꝰ gama-
liel et nicodemus occulti xp̄i diſcipuli in agro
ipſius gamalielis ſepelierūt: ꝛ fecerūt planctū
magnū ſuper eum. ¶ Et celebratur hoc feſtuȝ ab
eccleſia ſequēti die poſt natiuitatē dñi: ſcȝ. vij.
kalen. ianuarij. Reuera tamē lapidatio ſancti
ſtephani facta fuit eodeȝ aſcenſionis anno. iij.
videlicet non. auguſti. quo die feſtū inuētionis
eius celebratur. Inuētio autē ad lrām contigit
vij. kalen. ianuarij. Eccleſia tamē hec feſta com
mutauit duplici de cauſa. ¶ Primo: quia vt di-
citur in ſermone Auguſtini. heſterna die dñs na-
tus eſt in terris: vt ſtephanus hodie naſceretur
in celis. ¶ Secūdo: qm̄ ꝓpter feſtū natiuitatis
dñi precedens feſtum inuētionis ſolēnius cele
bratur ꝙ feſtū paſſionis: quod incōueniēs erat: ꝛ
ob hoc feſta mutata ſunt: vt dies paſſiōis eius
ſolennius celebretur.

¶ De ſctō Dionyſio papa ꝛ martyre. Cap. v.

Dionyſius papa et martyr: cuius genus nō inueni-
tur. Sixto ſecūdo in epiſcopa-
tu ſucceſſit: ꝛ ſedit ānis. ij. ꝛ mē
ſibꝰ. iij. qui vt dicit ado fidei do-
cumentis ſub claudio ſecūdo imꝑatore clarus
effulſit. Hic in vrbe diuidit petias: ſingulis ſin
gulos dans preſbyteros ꝓpter penitentes ſu-
ſcipiendos ꝛ ꝓpter baptiſma. Hic etiā petias
ꝛ cimiteria per regiones diuiſit: ꝛ vnicuiqꝫ ius
proprium ſtatuit: mandans vt ſinguli terminis
ſuis contenti eſſent: ꝛ alienos non vſurparent.
Qui et martyrio coronatus: ſepultus eſt cū fra
tribus ſuis. vij. kalendas ianuarij: et ceſſauit
epiſcopatus dies. viij.

¶ De ſancto Marino martyre. Cap. vi.

Marinꝰ puer ꝛ martyr: paſſus eſt in
vrbe ſub ꝑfecto
martiano: ꝙ fu-
it filꝰ ſenatoris
ꝛ primarij ciuitatꝭ. Hic a pre
fecto tentus dū ſe xp̄ianū ꝓ-
fiteretur. Primo qdē extenſus
ꝛ loris duriſſimis dorſo ꝛ vē-
tre flagellatꝰ: deinde victus in cuſtodiā miſſus
eſt. die vō ſequenti eductus equuleo ſuſpendi-
tur: ꝛ vngulis laniatur: poſtmodum fera lignea
et machina lapidea alligatur: vt mēbra eius di
uiderentur. Sed dum tracta machina puer il-
leſus permaneret: in arborem ſciſſaȝ immittitur:
vt conſtrictus ſpiritum exhalaret. Dei tamē vir
tute arbore in duas partes diuiſa: craticule ac-
cēſe ſuperponitur: plūboqꝫ perfunditur lique-
facto: moxqꝫ nutu dei fluuius aq̄ inūdās ignis
calorem extinxit. Poſt hec ſupplicio commēta-
rienſi traditus eſt: a quo in frixorio accēſo mit-
titur: ſed rore celeſti refrigeratur. Deinde a pre-
fecto martiano in caldariam plenam pice lique
facta iactatur: que hincinde ebulliens ſanctuȝ
dimiſit intactum. Preter hoc in harenario be-
ſtijs ſubiectus eſt: ꝛ leone quidem collum eius
leniter amplectante: leopardo pedes lingente:
parda cum trigide manus ipſius oſculabātur.
Leena vō ꝛ vrſus que veſtes ſancti dilaniare ce
perunt: confeſtim extincte ſunt. Poſtmoduȝ in
flammas iniectus dum illeſus exiſſet in cami-
nū ignis miſſus eſt: cū quo duo angeli deſcēdē
tes eum inuſtū die ſequenti eduxerūt. Nouiſſi-
me autem dum a prefecto ſuaſus ſe deos ado-
rare velle ſimularet omni populo romano voca
to ſtatuam ſerapis orans in puluerem redegit:
quē prefectus decollari precepit. Corpuſqꝫ eiꝰ
in precipitium mitti: vbi ꝛ latronuȝ corpora ia
ctabantur: vt ſepultura careret. Orta autē tem
peſtate cuȝ coruſcationibꝰ nimijs fugiētibuſqꝫ
miniſtris a ſancto theophilo epō corpus raptū
digna veneratione ſepultū eſt. vij. kalen. ianua
rij. Martianꝰ aūt pro hoc ſcelere ꝛ alijs a deo
percuſſus vermibus et ipſius ebulliētibus ore
infelicem animam exhalauit.

¶ De ſancto Johanne apoſtolo ꝛ
euangeliſta. Cap. vij.

Johānes apoſtolus ꝛ euan
geliſta quē ieſus
amauit plurimū:
filius zebedei fuit ꝛ frater ia
cobi maioris: quē chriſtus vo
cauit de nuptijs: ꝙ ſupra pe-
ctus domini in cena recūbēs
fluēta euangelij de ipſo ſacro
dominici pectoris fonte pota
uit: ꝛ ceteris apoſtolis fugientibus magiſtruȝ
nunqꝫ in paſſione deſeruit: cui ꝛ ieſus in cruce
moriens matrem virginem virgini commenda-
uit: ꝛ poſt eius aſcenſionem vſqꝫ ad obitum vir
ginis ad eius ſemper cuſtodiam permanſit: vt
dicit Hieronymus. Huius vitam inclytꝰ epiſco
pus diſcipulus eius ſcripſit. Hic apoſtolis ad
predicādum diuiſis apud aſiam predicauit: vbi
et multas fundauit eccleſias. Qui ſub ſecunda
poſt neronem perſecutionē chriſtianoruȝ quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN